Conservatio CIVIUM Gedanensium, circa consuetum Usum Religionis, Augustanæ Confessionis.

Vladislaus Quartus Dei grã Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæq,
nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq Hæreditarius REX
Electus Magnus Dux Moschouiæ. Significamus tenore præsen
omnibus ac singulis quorum interest, vel intererit præsentibus et
futuris harum notitiam habituris. Quod cum petitum à nobis es-
set nomine Ciuitatis nræ Gedanen, vt illi liberum vsum atq exer-
citium consuetum Religionis Augustanæ Confessionis por-
rò concederemus, hisq̃ nri, id ei firmum ac inuiolabilè esse
debere caueremus. Nos qui iam in hoc ipso Conuentu felicis Co-
ronationis Nræ iuramentum de religione tuenda præstitimus
facile consensimus, et iterata promissione ita petenti Ci-
uitati nræ fidelitatis obsequiò nobis commendatissimæ de-
nuo concessimus prout hisce consentimus et concedimus vel Re-
ligionis Augustanæ Confessionis, tam in Ciuitate Gedanensi

Conservatio Civium Gedanensium, circa consuetum Usum Religionis, Augustanae Confessionis.

Vladislaus Quartus Dei grã Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeq;
nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq; haereditarius REX
Electus Magnus Dux Moscoviae. Significamus tenore praesen.
omnibus ac singulis quorum interest, vel intererit praesentibus et
futuris harum noticiam habituris. Quod cum petitum à nobis es-
set nomine Civitatis nrae Gedanen., ut illi liberum usum atq; exer-
citium consuetum Religionis Augustanae Confessionis por-
rò concederemus, hisq; nunc, id ei firmum ac inviolabile esse
debere caveremus. Nos qui iam in hoc ipso Conventu felicis Co-
ronationis Nrae iuramentum de religione tuenda praestitimus
facile consensimus, et iterata promissione ita petenti Ci-
vitati nrae fidelitatis obsequiò nobis commendatissimae de-
nuo concessimus prout hisce consentimus et concedimus ut Re-
ligionis Augustanae Confessionis, tam in Civitate Gedanensi

quàm extra muros in eius districtu et Jurisdictione, templis, mo-
nasterijs, Xenodochijs, in posterum quoque, uti temporibus Diui paren-
tis nri in usu et possone fuit, pacifice et quiete libera professio
Sacrorumque administratio permaneat, neue ea de causa Ciuitati
eiusuè incolis publicè aut priuatim molestia vel negocium exhi-
beatur aut impedimentum vllum afferatur, autoritate nrâ Regia
prospicere, omnesque in libertate Religionis Augustanæ Confessio-
nis plenè ac integrè conseruare, manutenere, et tueri, neque in posso-
ne illius Ciuitatem Gedanen turbare, aut à quopiam turbari per-
mittere, temporibus quibuslibet futuris pro Nobis et Successori-
bus Nris Regibus Poloniæ recipimus, ac spondemus, nec vo-
lumus, ut in templis, ritus Ceremoniarum Augustanæ Confessi-
oni conformes vllo modo immutentur. In cuius rei fidem
præsentes manu nrâ subscriptimus Sigilloque Regni communiri
iussimus. Datæ Cracouiæ in Comitijs Felicis Coronationis no-
stræ die X. Mensis Martij Anno Dni MDCXXXIII Re-
gnorum nrorum Poloniæ et Sueciæ primo Anno.

Vladislaus Rex.

Stanislaus Siedleckij.

quàm extra muros in eius districtu et Iurisdictione, templis, mo-
nasterijs, Xenodochijs, in posterum quoq[ue] uti temporibus Diui paren-
tis nri in usu et possone fuit, pacifice, et quiete libera professio
Sacrorumq[ue] administratio permaneat, neue ea de causa Ciuitati
eiusuè incolis publicè aut priuatim molestia vel negocium exhi-
beatur aut impedimentum ullum afferatur, aut sed nra Regia
prospicere, omnesq[ue] in libertate Religionis Augustanæ Confessio-
nis plenè ac integrè conseruare, manutenere, et tueri, neq[ue] in posso-
ne illius Ciuitatem Gedanen turbare, aut à quopiam turbari per-
mittere, temporibus quibuslibet futuris pro Nobis et Successori-
bus Nris Regibus Poloniæ recipimus, ac spondemus, nec vo-
lumus, ut in templis, ritus Ceremoniarum Augustanæ Confessi-
oni conformes ullo modo immutentur. In cuius rei fidem
præsentes manu nra subscripsimus Sigilloq[ue] Regni communiri
iussimus. Datæ Cracouiæ in Comitijs Felicis Coronationis no-
stræ die X. Mensis Martij Anno Dni MDCXXXIII Re-
gnorum nrorum Poloniæ et Sueciæ primo Anno.

Vladislaus Rex.

Stanislaus Siedleckij.